civitatibus castris et villis et volentes baptizari absque
omni judicio trucidabant et bona eorum diripiebant et
suis usibus applicabant. Facta quoque est strages Judeorum
grandis ubique in regno Francie et specialiter in patria
Burdegalensi et in partibus Vasconie et in provincia Tholosana
et in diocesibus Caturcensi et Albiensi. Crevit quoque stultitia
in pectoribus eorum amentia et dementia quod et ipsis
communitatibus villarum et castrorum et rectoribus ac
presidentibus in eisdem et principibus et prelatis
ac senioribus terrorem sui nominis et formidinem
incusserunt. Castrum quoque Verdunum regis in diocesi Tholosana
in quo Judei confugerant ut eos invaderent expugnaverunt
occiderunt et in ipsa civitate Tholosana suam vesaniam
exercentes et favente vulgo clamantes Judeos una die
subito trucidaverunt regalis curie et consulum potentia
non obstante. In ipsa quoque civitate pastorelli
primo signa sue dementie erigentes postposito
pastorelli et contemnentibus regalis curie publice restiterunt
sed quoque confirmantes in pectus videntes nomen suum esse
in moribus ad terrorem et timorem sibi ac pluribus et
consimilibus criminibus complicibus amplius in malitia gloriantes
et mala malis accumulantes quia plures complices et
latrunculi adiuncti sunt ad eos et facta est turba
turbans patriam et turbata. Ita ut audirent undique
et predam. Ceperunt autem rex tunc presidentes
et rectores communitatum villarum et locorum eis vias
precludere et obsistere et fortalitia contra eos claudere et
munire. Et tamen pondentia et potentia minorum